

Paul Tarnow

Prorector Academiae Rostochiensis Paulus Tarnovius S. S. Theologiae D. & professor publicus ad Lessum exequialem Quem Matronae ... Margaretae Plonies Hodie ... Viduus & Generi moestißimi paratum cupiunt Inclytæ huius Academiae cives ... invitat

Rostochi[i]: Pedanus, 1631


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775770108>


Druck Freier  Zugang



Tarnow, P. ,
in
M. Plonies.
Rostock. 1631.

14.





PRORECTOR

Academiae Rostochiensis

PAULUS TARNOVIUS

S. S. Theologiae D. & professor
publicus

ad

Lessum exequialem

Quem

Matronae Honestissimae ac pijsimae

MARGARETAE
Plonies

*Hodie hora media prima in templo Jacobaeo
Viduis & Generi maestissimi paratum
cupiunt*

Inclytæ hujus Academiae cives

per amanter & officiosè in-
vitat.



ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
ANNO. M DC. XXXI.

1801
23

MAR 21 1801

Institut für Naturgeschichte



b
n
c
f
n
c
j
f
P
n
n
P

"PRORECTOR
Academiæ Rostochiensis
PAULUS TARNOVIUS S. S.
Theologiæ Doctor & Professor
publicus.



Thenienfium ac Lacedæmoniorum urbes, duos Græciæ oculos fuiſſe hiftoriarum teſtantur monumenta. Unde Athenis captis, cum multi, Athenienfium nomen delendum, urbemque incendio conſumendam cenſerent, ſpartani pacem polliciti negarunt ſe ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos. Quod de Græcia hiftoricus affirmat, illam duobus fuiſſe inſignem luminibus, idem de œconomia rectiſſimè affirmari poſſe, extra dubitationis aleam collocamus. In illa enim maritus cum conjuge ſua, numerum oculorum binarium abſolvunt. Cum namquè juxta proverbium plus videant oculi quam oculus, ideo clementiſſimus Jehova, homini patrifamilias non ſolum de oculo propriæ prudentiæ proſpexit, ſed & in ſuper oculum fidelis conjugis

gis super addidit. Ut quemadmodum mundum
duo luminaria magna illustrant; similiter do-
mo par ocellorum talium, jubar addit. Hinc
domum ejusmodi ocellis bene instructam, non
solum jano bifronti ob singularem prudenti-
am ita dicto, sed & Argo Ovidiano, de quo poë-
ta ait: Centum luminibus cinctum caput Ar-
gus habebat. similem esse affirmamus. Verè
namq; de œconomia tali usurpamus versus O-
vidij: Et quamvis sopor est, oculorum parte
receptus, parte tamen vigilat. Fideles enim
conjuges mutuam sibi præstant adjutorium,
quodque unus illorum non animadvertit, illud
alter observat, dicentibus enim philosophis:
omne tale, additum tali illud magis facit tale.
Ipse Jehova hac de re in verbo suo nobiscum
loquens inquit; non est bonum hominem esse
solum, faciam ei auxilium commodum ipsi. Sa-
pientissimus Salomon in hanc sententiam in-
quit; meliores sunt duo quam unus. Nam si
cedit eorum unus erigit socium suum. Væ au-
tem illi unico, qui ceciderit, quum non adsit
secundus ad erigendum illum. Quod cum ita
se habeat, & ipsa experientia, locuples rei
hujus testis sit, facile conjiciunt illi, qui non
tam alienis oculis, quam proprijs vident, id
est,

est, qui hanc rem vel experti judicant, vel in
idea aliqua factam esse expendunt, quam acer-
bo in luctu viduus superstes senex vir integer-
rimus *Mattheus Urnim* versetur, qui cum ha-
ctenus cum dilectissima jam piè defuncta eon-
juge *Margareta Plonies* rem æconomicam se-
dulò curarit nunc uxore desideratissima, tan-
quam uno ocellorum suorum privatus, quantis
ambulet in tenebris facilè animadvertit. A-
gnoscit enim se senectutis suæ scipione orba-
tum esse, & in tenebris rei æconomicæ ex parte
ambulare, nam ut rursus ex Ovidio dicamus:
Arge jaces, quodq; in tot lumina lumen habe-
bas, Exinctum est, centumq; oculos nox ocu-
pat una. Ut autem more recepto genealogiam
pertexamus progrāmatu hujus ordo exigit. Vi-
tæ autem hujus telam exorsa est piè defuncta
matrona nostra Anno 1572. Avus illi fuit *As-
mus Klutt* negotiator & cerevisarius hujus ur-
bis primarius; Avia autem *Anna Prangen* /
fœmina dum viveret laudatissima, Patrem ha-
buit *Hans Plonies* Lubeccensem, civem Rei-
publ. hujus non postremum. Matrem *Annam*
Kluten matronam virtutibus muliebrib; con-
decoratam. His progenitoribus piè defuncta
nostra nata, juxta monitum paulinum in di-

A 3;


scipli-

sciplina & admonitione Domini educta fuit; annos autem pubertatis attingens, Anno 1601. matrimoniali nexu copulata est, viro integerrimo Dn. *Mattheo Arnim* / nunc viduo mæftrissimo, civi urbis hujus primario, quod matrimonium sicuti pacificum fuit, ita non infœcundum extitit; durante namq; hac conubiali copula, quinq; liberorum mater defuncta nostra facta est, quatuor puellarum utpote, *Margareta*, *Anna*, *Catharina*, *Sophia*, & unius puelluli *Johannis*: quorum tres, naturæ ordine universo matrem antecesserunt, & vitæ hujus fabulam jam ante peregerunt. *Anna* & *Johannes* in ipso ætatis limine, quando mundum hunc vix salutarant, impegerunt. *Margareta* verò in ipso ætatis flore, cum matura viro & plenis nubilis annis esset decessit. Cujus, utpote majorennis mors insperata, ita defunctam nostram affecit & confecit, ut ex mærore & luctu, gravissimum contraheret morbum, quo annuatim recrudescente, pristinum corporis robur, ab eo tempore, piè defuncta nostra matrona non recepit. Dux filiarum *Catharina* & *Sophia* lucis hujus usura hodiernum fruuntur, quarum illa viro Reverendo & Clarissimo Dn. *Johanni Cothmanno* S. S. Theol. Licent. & P. P.

P. P. nuptum data; hæc verò viro spectatissimo & integerrimo *Davidi Schutzen* Illustrissimi principis ac Domini, Domini *Johannis Alberti* &c. tractus Gustroviensis Archimagistro dignissimo & fidelissimo, matrimonialiter cohabitat. Quamvis verò sæpiculè defuncta nostra, cum morbo conflictaretur gravissimo, nunquam tamen patientiæ Christianæ limites transgressa est, sed patienter in divina voluntate acquievit. Ante tempus ferme semestrem, cum morbo hoc tempore epidemio colluctari cœpit, & quamvis peritorum medicorum industria, malum hoc propulsasse videretur, subinde tamen mali hujus soror Diarrhœia defunctam nostram continuis ictibus exercuit, donec tandem viribus planè exhausta 19. hujus circa sextam matutinam, satur dierum ut plerumq; de pijs scriptura loquitur, animam exhalaret. Cum horis aliquot ante beatam ex hac vita emigrationem, precatiunculæ moribundis prælegi solitæ recitarentur, tanto desiderio auscultavit, ut doloris sui immemor, nullum quærelæ ediderit indicium. Interrogata num prælectas preces intellexisset, cordatè & sonora voce respondit: *Rechte wol went nun der Herr bald kommen wolte.* Quod autem unicè

unicè optavit tandem impetravit, dum dicta
hora & tempore mors, omnibus miserijs & vi-
ræ difficultatibus quibus variè, durante mor-
bo, affecta est defuncta nostra, extremam ma-
num imposuit. Cum verò honestissimæ huic
matronæ funus parare vidu9 generiq; mœstif-
simi decreverint, propterea cives Academicos
omnes & singulos rogant, ut frequentes exe-
quias ire dignentur. Quod cum sit officium
humanitatis, Christianis quorum corpora tem-
pla fuerunt Spir. S. debitum, lubentes illi præ-
stabunt, qui sibi aliquando moriendum cogi-
tant. Ego autem ut id faciant & in æde Jacobæa
hora media prima conveniant singulos rogo &
hortor. Inter eundem vero cives Academici
exulceratissimi hujus seculi faciem clementis-
simo Jehovæ commendate, & pro felici ex
hujus vitæ pistrino exemptione Deum rogate.
P. P. sub Sigillo Academiae 22. Novemb. Anno
M. DC. XXXI.







est, qui hanc rem vel experti
idea aliqua factam esse expendu
bo in luctu viduus superstes ser
rimus. *Mattheus Arnim* verset
stenus cum dilectissima jam pi
juge *Margareta Plonies* rem a
dulò curarit nunc uxore deside
quam uno ocellorum suorum p
ambulet in tenebris. facile an
gnoscit enim se senectutis sua
tum esse, & in tenebris rei econ
ambulare, nam ut rursus ex C
Arge jaces, quodq; in tot lumi
bas, Extinctum est, centumq;
pat una. Ut autem more recep
pertexamus progrāmaris hujus
tā: autem hujus telam exorsa e
matrona nostra Anno 1572. *A
mus Klutt* negotiator & cerevili
bis primarius; *Avia* autem
fēmina dum viveret laudatissi
buit *Hans Plonies* Lubeccense
publ. hujus non postremum. *M
Kluten* matronam virtutibus n
decoratam. His progenitorib
nostra nata, juxta monitum p

A 3;

vel in
acer
reger
m ha
a con
um se
tan
antis
it. A
orba
parte
imus:
habe
ocu
ogiam
r. Vi
uncta
t. *As*
us ur
ngen/
n ha
Rei
nna
con
undā
in di
cipli

